



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 5. Carolus de Pace versatur in Italia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

Salamanticam profectus cunctos Præsu- Sæcul. XIV.
les, Nobilesque, ac reliquos hanc ob rem A. C. 1381.
convocatos die Dominica 19 Maji cathe-
drale in templum mane congregavit; per-
actoque sacrificio coram Cardinali Lega- Rayn. n. 30.
to, & magna hominum multitudine legi
voluit suam declarationem, qua rejiciebat
Bartholomæum Prignanum ut intrusum
sacram in sedem; & Papam agnoscebat
Clementem tanquam legitime electum,
ac verum Christi Vicarium.

Addebat vero istas conditiones: Cle- Id. n. 33.
mens regni Episcopatus, aliaque beneficia
solis conferet indigenis. Per litteras spon-
debit se nunquam sibi reservaturum redi-
tus beneficiorum, vel bona Præsulum mo-
rientium. Episcopatum, aliorumque be-
neficiorum collationes per Urbanum fa-
ctas non infirmabit. Promissa beneficio-
rum, quæ prima vacaverint, censurasque
a sui electione usque ad Regis declaratio-
nenm irrogatas retexet. Beneficia dein-
ceps non arbitrio reservabit suo: neque
decimas, aliave subsidia pecuniaria exi-
get.

§. V.

Carolus de Pace versatur in Italia.

Interea Carolus de Pace in Italiam, &

Romam venit: ubi suaviter excepto
Urbanus solenni ritu contulit Siciliam cis Rayn. n. 21.

Z 4. fretum

Sæcul. XIV. A. C. 1381. fretum sitam, nempe regnum Neapolitanum tanquam ad voluntatem Supremæ Sedis devolutum; intelligo, per amotionem Reginæ Joannæ, cuius tamen mentio nulla fit in litteris Apostolicis. Hoc, inquam, regnum Papa Carolo de Pace jure fiduciario dedit, ac iisdem fere conditionibus, quibus Carolo Andegavensi

*Sæv. l. 85.
§. 35.* delatum fuerat anno 1265. Diplomati Calendis Juniis anno 1381 exarato Cardinales octo sua subscripsere nomina. Eodemque die novus Rex Carolus Papæ tradidit litteras, ubi hanc concessionem agnoscit, singulas ejus conditiones sive commemorans; in quibus maxime singularis est hæc: Spondeo fore, ut Francisco Priguano Capuae Principi, & posteris ejus conservem principatum Capuanum, du-
catum Amalphitanum, pluresque terras alias, quas ei donasti, & quæ his in litteris enumerantur. Franciscus Prignanus erat Papæ Urbani nepos, nulla laude clarus juvenis, cui Carolus de Pace has terras magnam regni sui partem confi-
cientes invito cedebat animo: sed in hoc rerum statu nihil Papæ denegare pote-
rat.

*Tñ. Niem.
l. 1. schism.
c. 23.* Neapolim versus deinde movit: cuius populus in Reginam consurgens Carolo portas aperuit 16 Julii. Regina Ovo castello se inclusit; & paulo post certis con-
Rayn. n. 24. ditionibus ditionem subiit. Marito ejus

ejus Ottone Brunsvici Duce in pugna ca- Sæcul. XIV.
pto Carolus regno potitus est. Inventi A. C. 1381.
Neapoli duo Clementis Cardinales, scili- *Vitæ p. 501.*
cet Jacobus Itrius, ac Leonardus Geo-
phanius, aliique Præfules tum Episcopi,
tum Abbates earundem partium fauto-
res in duros carceres mittebantur; ubi
egestatem tolerabant, & miseriam, amif-
sis beneficiis, cæterisque bonis suis: vi-
tam quoque inibi ponebant quidam, ve-
luti Cardinalis Itrius: quem Clementini
putabant Martyrem.

Die Veneris 6 Decembris Urbanus
tres creavit Cardinales Diaconos de S.
Nicolao *in carcere*, de S. Georgio *ad vel-*
lum aureum, & de S. Maria *in Dominica*.
Primus erat Landulfus Neapolitanus, no-
minatus Barii Archiepiscopus. Alter, Pe-
trus, seu Perrinus Thomacellus pariter
Neapolitanus, Archigrammateus Aposto-
licus, postea Summus Pontifex sub no-
mine Bonifacii IX. Tertius, Thomas Ur-
sinus Manupellius Romanus *itidem Ar-*
chigrammateus.

§. VI.

Rusbroechii deceffus.

Joannes Rusbroechius celeber ille rerum
cælestium contemplator, cuius jam *Sup.lib.96.*
memini, obiit hoc Christi anno 1381, *s. 21.*
ætatis suæ 88, sacerdotii 64. Continua
Z 5 mentis